

AMTSBLATT

FÜR DIE ERZDIOZESE FREIBURG

405

Stück 11

Freiburg im Breisgau, 23. März

1959

Instruktion über die Kirchenmusik und die hl. Liturgie. — Dekret zur Instruktion über die Kirchenmusik und die hl. Liturgie. — Erklärung der deutschen Bischöfe. — Verkündigung von Epistel und Evangelium in der Volkssprache.

Nr. 77

Instruktion über die Kirchenmusik und die hl. Liturgie

INSTRUCTIO *

DE MUSICA SACRA ET SACRA LITURGIA AD
MENTEM LITTERARUM ENCYCLICARUM PII
PAPAE XII «MUSICAE SACRAE DISCIPLINA»
ET «MEDIATOR DEI».

De Musica sacra, tria gravissimi ponderis documenta a Summis Pontificibus, nostra aetate, edita fuerunt, scilicet: Motu proprio sancti Pii X, *Tra le sollecitudini*, diei 22 Novembris anni 1903; Pii XI, fel. rec., *Constitutio Apostolica Divini cultus*, diei 20 Decembris anni 1928; demum Summi Pontificis Pii XII, fel. regn., *Litterae encyclicae Musicae sacrae disciplina*, diei 25 Decembris anni 1955; nec defuerunt minora alia pontificia documenta et huius Sacrae Rituum Congregationis decreta, quibus variae res ad Musicam sacram pertinentes ordinabantur.

Neminem autem fugit, inter Musicam sacram et sacram Liturgiam tam arctam natura sua intercedere necessitudinem, ut vix de una leges ferri aut normae tradi possint, altera neglecta. Re quidem vera, in memoratis quoque pontificiis documentis et S. Rituum Congregationis decretis permixta habetur materia de Musica sacra et de sacra simul Liturgia.

Cum porro idem Summus Pontifex Pius XII, prius quam de Musica sacra, alteras easque gravissimas de sacra Liturgia edidisset Litteras encyclicas *Mediator Dei*, diei 20 Novembris anni 1947, in quibus doctrina liturgica et necessitates pastorales mirabili modo coordinatae exponuntur, valde opportunum visum est, potiora capita, sacram Liturgiam et Musicam sacram earumque pastoralementem efficaciam respicientia, ex memoratis documentis in unum colligere et peculiari Instruktionem pressius declarare, quo facilius et securius ea quae in iisdem documentis exposita sunt, in praxim reapse deducantur.

INSTRUKTION

ÜBER DIE KIRCHENMUSIK UND DIE HL. LITURGIE
IM GEISTE DER ENZYKLIKEN PAPST PIUS XII.
„MUSICAE SACRAE DISCIPLINA“
UND „MEDIATOR DEI“

Über die Kirchenmusik erschienen in unserer Zeit drei hochbedeutsame päpstliche Dokumente: Das Motu proprio des hl. Pius X. *Tra le sollecitudini* vom 22. November 1903; die apostolische Konstitution Pius XI. sel. Anged. *Divini cultus* vom 20. Dezember 1928; schließlich die Enzyklika des glorreich regierenden Papstes Pius XII. *Musicae sacrae disciplina* vom 25. Dezember 1955. Es fehlten auch nicht weitere kleinere päpstliche Dokumente und Dekrete dieser hl. Kongregation der Riten, durch die verschiedene, die Kirchenmusik betreffende Fragen geregelt wurden.

Doch jedermann weiß, daß zwischen der Kirchenmusik und der hl. Liturgie ein so inniger, natürlicher Zusammenhang besteht, daß man kaum über die eine Gesetze erlassen oder Richtlinien aufstellen kann ohne Berücksichtigung der anderen. Tatsächlich sind auch in den erwähnten päpstlichen Dokumenten und den Dekreten der Ritenkongregation Gegenstände der Kirchenmusik und der hl. Liturgie miteinander vermischt.

Zudem hat Papst Pius XII. vor der Enzyklika über die Kirchenmusik die andere, und zwar sehr gewichtige Enzyklika *Mediator Dei* vom 20. November 1947 über die hl. Liturgie herausgegeben. Darin sind das Wesen der Liturgie und die Erfordernisse der Seelsorge in ausgezeichneter Weise nebeneinander gestellt. Darum schien es sehr vorteilhaft zu sein, aus den erwähnten Dokumenten die wichtigsten, die hl. Liturgie, die Kirchenmusik und deren pastorale Auswirkung betreffenden Punkte zusammenzufassen und in einer eigenen Instruktion genauer darzulegen, damit der Inhalt dieser Dokumente leichter und sicherer in der Praxis verwirklicht werden kann.

* A. A. S. 50 (1958), 630-663.

Consulto igitur Instructioni huic redigendae operam navarunt viri in Musica sacra periti et Pontificia Commissio pro generali liturgica instauratione constituta.

Totius autem Instructionis materia sequenti ordine est digesta:

Caput I. *Notiones generales* (nn. 1-10).

Caput II. *Normae generales* (nn. 11-21).

Caput III. *Normae speciales*.

1. De praecipuis actionibus liturgicis, in quibus Musica sacra adhibetur.

A) De Missa.

a) Principia quaedam generalia circa fidelium participationem (nn. 22-23).

b) De fidelium participatione in Missis in cantu (nn. 24-27).

c) De fidelium participatione in Missis lectis (nn. 28-34).

d) De Missa conventuali, quae etiam Missa in choro appellatur (nn. 35-37).

e) De adstantia sacerdotum Missae sacrificio deque Missis quas synchronizatas vocant (nn. 38-39).

B) De Officio divino (nn. 40-46).

C) De Benedictione eucharistica (n. 47).

2. De quibusdam generibus Musicae sacrae.

A) De polyphonia sacra (nn. 48-49).

B) De Musica sacra moderna (n. 50).

C) De cantu populari religioso (nn. 51-53).

D) De musica religiosa (nn. 54-55).

3. De libris cantus liturgici (nn. 56-59).

4. De instrumentis musicis et de campanis.

A) Principia quaedam generalia (n. 60).

B) De organo classico et instrumentis similibus (nn. 61-67).

C) De Musica sacra instrumentali (nn. 68-69).

D) De instrumentis musicis et de machinis automaticis (nn. 70-73).

E) De sacris actionibus ope radiophoniae et televisionis diffundendis (nn. 74-79).

F) De tempore quo instrumentorum musicorum sonus prohibetur (nn. 80-85).

G) De campanis (nn. 86-92).

5. De personis quae in Musica sacra et sacra Liturgia praecipuas partes habent (nn. 93-103).

6. De Musica sacra et sacra Liturgia excolenda.

A) De cleri et populi generali in Musica sacra et sacra Liturgia institutione (nn. 104-112).

B) De institutis publicis et privatis Musicae sacrae provehendae (nn. 113-118).

Mit Absicht haben darum an der Abfassung dieser Instruktion Fachleute der Kirchenmusik und die päpstliche Kommission für die allgemeine Liturgiereform mitgearbeitet.

Der Inhalt der ganzen Instruktion weist folgende Gliederung auf:

1. Kapitel: Allgemeine Begriffe (nn. 1—10).

2. Kapitel: Allgemeine Richtlinien (nn. 11—21).

3. Kapitel: Besondere Richtlinien.

1. Die hauptsächlichsten liturgischen Handlungen, bei denen kirchliche Musik verwendet wird.

A) Die Messe.

a) Einige allgemeine Grundregeln über die Beteiligung der Gläubigen (nn. 22—23).

b) Die Beteiligung der Gläubigen in Messen mit Gesang (nn. 24—27).

c) Teilnahme der Gläubigen bei stillen Messen (nn. 28—34).

d) Die „Konventsmesse“, auch „Chormesse“ genannt (nn. 35—37).

e) Assistenz von Priestern beim hl. Meßopfer und „synchronisierte“ Messen (nn. 38—39).

B) Das göttliche Offizium (nn. 40—46).

C) Der eucharistische Segen (n. 47).

2. Einige Arten kirchlicher Musik.

A) Die kirchliche Polyphonie (nn. 48—49).

B) Die moderne Kirchenmusik (n. 50).

C) Der religiöse Volksgesang (nn. 51—53).

D) Die religiöse Musik (nn. 54—55).

3. Die Bücher für den liturgischen Gesang (nn. 56—59).

4. Musikinstrumente und Glocken.

A) Einige allgemeine Grundregeln (n. 60).

B) Die klassische Orgel und ähnliche Instrumente (nn. 61—67).

C) Kirchliche Instrumentalmusik (nn. 68—69).

D) Automatische Musikinstrumente und Apparate (nn. 70—73).

E) Übertragung hl. Handlungen durch Rundfunk und Fernsehen (nn. 74—79).

F) Die Zeit, in der das Spiel der Musikinstrumente verboten ist (nn. 80—85).

G) Die Glocken (nn. 86—92).

5. Die an der Kirchenmusik und der hl. Liturgie hauptsächlich beteiligten Personen (nn. 93—103).

6. Die Pflege der Kirchenmusik und der hl. Liturgie.

A) Allgemeine Einführung des Klerus und des Volkes in die Kirchenmusik und die hl. Liturgie (nn. 104—112).

B) Öffentliche und private Einrichtungen zur Förderung der Kirchenmusik (nn. 113—118).

Praemissis igitur notionibus quibusdam generalibus (cap. I), normae item generales traduntur usum Musicae sacrae in Liturgia respicientes (cap. II); quo posito fundamento, tota res in capite III explicatur; in singulis autem paragraphis huius capituli statuuntur primum potiora quaedam principia, e quibus normae deinde speciales suapte defluunt.

CAPUT I

NOTIONES GENERALES

1. »Sacra Liturgia integrum constituit publicum cultum mystici Iesu Christi Corporis, Capitis nempe membrorumque eius«. ¹ Propterea sunt »actiones liturgicae« illae actiones sacrae, quae, ex institutione Iesu Christi vel Ecclesiae eorumque nomine, secundum libros liturgicos a Sancta Sede approbatos, a personis ad hoc legitime deputatis peraguntur, ad debitum cultum Deo, Sanctis ac Beatis deferendum (cfr. can. 1256); ceterae actiones sacrae quae, sive in ecclesia sive extra, sacerdote quoque praesente vel praeunte, peraguntur, »pia exercitia« appellantur.

2. Sacrosanctum Missae sacrificium est actus cultus publici, nomine Christi et Ecclesiae Deo redditi, quovis loco vel modo celebretur. Denominatio proinde »Missae privatae« vitetur.

3. Missarum species duae sunt: Missa »in cantu« et Missa »lecta«.

Missa dicitur *in cantu*, si sacerdos celebrans partes ab ipso iuxta rubricas cantandas revera cantu profert; secus dicitur *lecta*.

Missa »in cantu« porro, si celebratur cum assistentia ministrorum sacrorum, appellatur Missa *solemnis*; si celebratur absque ministris sacris, vocatur Missa *cantata*.

4. Sub nomine »Musicae sacrae« hic comprehenduntur:

- a) Cantus gregorianus.
- b) Polyphonia sacra.
- c) Musica sacra moderna.
- d) Musica sacra pro organo.
- e) Cantus popularis religiosus.
- f) Musica religiosa.

5. Cantus »gregorianus« in actionibus liturgicis adhibendus, est cantus sacer Ecclesiae romanae, qui, ex antiqua et veneranda traditione, sancte et fideliter

Vorausgeschickt werden einige allgemeine Begriffe (1. Kap.). Dann werden ebenso allgemeine Richtlinien über die Verwendung der Kirchenmusik in der Liturgia aufgestellt (2. Kap.). Aufgrund dieser wird im 3. Kapitel der ganze Stoff entwickelt. Bei den einzelnen Abschnitten dieses Kapitels werden zuerst einige wichtigere Grundregeln aufgestellt, aus denen sich die besonderen Richtlinien dann von selbst ergeben.

1. Kapitel

Allgemeine Begriffe

1. „Die hl. Liturgie stellt den gesamten öffentlichen Kult des mystischen Leibes Jesu Christi dar, seines Hauptes nämlich und seiner Glieder¹.“ Darum sind „liturgische Handlungen“ jene hl. Handlungen, die auf Grund der Einsetzung durch Jesus Christus oder die Kirche und in ihrem Namen nach den vom Heiligen Stuhl approbierten liturgischen Büchern von den rechtmäßig dazu bestimmten Personen vollzogen werden, um Gott, den Heiligen und Seligen die gebührende Verehrung zu erweisen (vgl. can. 1256). Die übrigen hl. Handlungen, die innerhalb oder außerhalb der Kirche, auch im Beisein oder unter der Leitung eines Priesters, stattfinden, werden „fromme Übungen“ genannt.

2. Das hochheilige Opfer der Messe, gleichgültig an welchem Ort und in welcher Weise es gefeiert wird, ist ein Akt des öffentlichen Kultes, der im Namen Christi und der Kirche Gottes dargebracht wird. Die Bezeichnung „Privatmesse“ soll darum vermieden werden.

3. Es gibt zwei Arten von Messen: die Messe „mit Gesang“ und die stille Messe.

Die Messe heißt mit Gesang, wenn der zelebrierende Priester die Teile, die nach den Rubriken von ihm zu singen sind, wirklich im Gesangston vorträgt; andernfalls heißt sie stille Messe.

Die Messe mit Gesang wird feierliche Messe (Hochamt) genannt, wenn sie mit Assistenz von Leviten gefeiert wird; wird sie ohne Leviten gefeiert, heißt sie gesungene Messe (einfaches Amt).

4. Unter der Bezeichnung „Kirchenmusik“ wird hier zusammengefaßt: der gregorianische Gesang, die kirchliche Polyphonie, die moderne Kirchenmusik, die kirchliche Orgelmusik, der religiöse Volksgesang, die religiöse Musik.

5. Der „gregorianische“ Gesang, der bei liturgischen Handlungen zu verwenden ist, ist der hl. Gesang der römischen Kirche, der auf Grund einer alten, ver-

¹ Litterae encyclicae *Mediator Dei*, diei 20 Novembris anni 1947: A. A. S. 39 (1947) 528-529.

¹ Enzyklika *Mediator Dei* vom 20. Nov. 1947: A. A. S. 39 (1947) 528-529.

excultus et ordinatus, vel recentioribus quoque temporibus iuxta priscae traditionis exemplaria modulatus, in respectivis libris, a Sancta Sede rite approbatus, ad usum liturgicum exhibetur. Gregorianus cantus natura sua non exigit, ut cum sonitu organi vel alterius musici instrumenti peragatur.

6. Nomine »polyphoniae sacrae« ille intenditur cantus mensuratus, qui, ex gregorianis concentibus ortus, pluribus consortibus vocibus, nullo comitante musicali instrumento, media aetate in Ecclesia latina vigere coepit, altero dimidio saeculi XVI Petrum Aloisium Praenestinum (1525-1594) maximum cultorem habuit, et ab eximiis eiusdem artis magistris adhuc excolitur.

7. »Musica sacra moderna« est musica, quae, pluribus consortibus vocibus, musicis instrumentis non exclusis, recentiore aetate, iuxta progressum musicae artis concinnata est. Ipsa vero, cum directe ad usum liturgicum sit ordinata, pietate ac sensu religioso redoleat oportet, et hac condicione, in servitium liturgicum est recepta.

8. »Musica sacra pro organo« est musica pro solo organo composita, quae, inde a temporibus, quibus tubulatum organum ad concentum magis aptum evasit, a claris magistris valde exculta fuit, quaeque, si leges Musicae sacrae ad amussim sequatur, ad sacram Liturgiam condecorandam non parum conferre potest.

9. »Cantus popularis religiosus« est ille cantus, qui sponte sua a religioso sensu oritur, quo humana creatura ab ipso Creatore ditata fuit, et proinde est universalis, apud omnes scilicet populos florens.

Cum autem idem cantus aptissimus sit ad vitam fidelium, privatam et socialem, christiano spiritu imbuendam, in Ecclesia, inde ab antiquissimis temporibus, valde fuit excultus², et nostra quoque aetate ad fidelium pietatem fovendam et ad pia exercitia condecoranda enixe commendatur; immo in ipsis actionibus liturgicis quandoque admitti potest³.

10. »Musica religiosa« demum illa est, quae, tum ex auctoris intentione, cum ex operis argumento et fine, sensus pios ac religiosos exprimere et movere

ehrungswürdigen Überlieferung gewissenhaft und treu gepflegt und ausgebildet oder auch in neuerer Zeit nach altüberlieferten Vorlagen gestaltet wurde und in den betreffenden, vom Heiligen Stuhl ordnungsgemäß approbierten Büchern für den liturgischen Gebrauch dargeboten wird. Der gregorianische Gesang verlangt seiner Natur nach nicht, daß er vom Spiel der Orgel oder eines anderen Musikinstrumentes begleitet wird.

6. Unter „kirchlicher Polyphonie“ versteht man jenen mensurierten, mehrstimmigen, ohne Begleitung durch ein Musikinstrument ausgeführten Gesang, der, aus gregorianischen Melodien hervorgegangen, im Mittelalter in der lateinischen Kirche in Übung kam, in der zweiten Hälfte des 16. Jahrhunderts in Pierluigi Palestrina (1525–1594) seinen größten Vertreter hatte und von hervorragenden Meistern dieser Kunst heute noch gepflegt wird.

7. Die „moderne Kirchenmusik“ ist jene mehrstimmige Musik – Musikinstrumente nicht ausgeschlossen –, die in neuerer Zeit dem Fortschritt der Tonkunst entsprechend komponiert wurde. Sie muß jedoch, da sie unmittelbar für den liturgischen Gebrauch bestimmt ist, Frömmigkeit und religiösen Sinn verraten und ist unter dieser Bedingung für den Dienst in der Liturgie zugelassen.

8. Die „kirchliche Orgelmusik“ ist die für die Orgel allein komponierte Musik, die von der Zeit an, da die Pfeifenorgel für das mehrstimmige Spiel immer mehr geeignet wurde, von berühmten Meistern sehr vervollkommen wurde und die, wenn sie die Gesetze der kirchlichen Musik genau einhält, zur Verschönerung der hl. Liturgie nicht wenig beitragen kann.

9. Der „religiöse Volksgesang“ ist jener Gesang, der unwillkürlich aus dem religiösen Gefühl hervorquillt, mit dem die menschliche Natur von ihrem Schöpfer selbst ausgestattet wurde; er ist darum universal, d. h. er steht bei allen Völkern in Blüte.

Da dieser Gesang sehr geeignet ist, das Leben der Gläubigen, das private und das soziale, mit christlichem Geist zu durchdringen, wurde er in der Kirche von den ältesten Zeiten an eifrig gepflegt² und wird zur Förderung der Frömmigkeit der Gläubigen und zur Ausgestaltung frommer Übungen auch in unserer Zeit angelegentlich empfohlen. Bisweilen kann er selbst bei liturgischen Handlungen zugelassen werden³.

10. „Religiöse Musik“ schließlich ist die, die sowohl nach Absicht des Urhebers wie nach Inhalt und Zweck des Werkes fromme und religiöse Gefühle zum Aus-

² Cfr. Eph. 5, 18-20; Col. 3, 16.

³ Litterae encyclicae *Musicae sacrae disciplina*, diei 25 Decembris 1955: A. A. S. (1956) 13-14.

² Vgl. Eph 5, 18-20; Kol. 3, 16.

³ Enzyklika *Musicae sacrae disciplina* vom 25. Dez. 1955: A. A. S. 48 (1956) 13-14.

contendit, et proinde »religionem valde iuvat«⁴; cum vero ad cultum divinum non sit ordinata, indolemque magis liberam prae se ferat, in actionibus liturgicis non admittitur.

CAPUT II

NORMAE GENERALES

11. Haec Instructio vim suam exercet in omnes ritus Ecclesiae latinae; proinde, quae de cantu *gregoriano* dicuntur, valent etiam pro cantu liturgico proprio, si habeatur, aliorum rituum latinorum.

Nomine porro »Musicae sacrae« intellegitur in hac Instruktionem quandoque »cantus et instrumentorum sonus«, quandoque »instrumentorum sonus« tantum, prout e contextu facile eruitur.

Denique, voce »ecclesiae« ordinarie comprehenditur omnis »locus sacer«, id est: ecclesia sensu stricto, oratorium publicum, semipublicum, privatum (cfr. can. 1154, 1161, 1188), nisi ex contextu de solis ecclesiis sensu stricto agi eluceat.

12. Actiones liturgicae peragi debent ad normam librorum liturgicorum rite ab Apostolica Sede approbatorum, sive pro universa Ecclesia, sive pro aliqua ecclesia particulari aut familia religiosa (cfr. can. 1257); pia autem exercitia fiunt secundum consuetudines et traditiones locorum aut coetuum, a competente auctoritate ecclesiastica approbatas (cfr. can. 1259).

Actiones liturgicas et pia exercitia inter se commisceri non licet; sed, si casus ferat, pia exercitia actiones liturgicas aut praecedant aut sequantur.

13. a) Lingua actionum liturgicarum est latina, nisi in supradictis libris liturgicis, sive generalibus, sive particularibus, pro quibusdam actionibus liturgicis alia lingua explicite sit admissa, et salvis illis exceptionibus, quae infra ponuntur.

b) In actionibus liturgicis in cantu celebratis, nullus textus liturgicus, in linguam vulgarem verbotenus conversus, cani licet⁵, salvis concessionibus particularibus.

c) Exceptiones particulares, a lege linguae latinae in actionibus liturgicis unice adhibendae, a Sancta Sede concessae, vim suam retinent; sed absque eius-

druck bringen und wecken will und darum »der Religion sehr dienlich ist«⁴. Da sie jedoch nicht für den Gottesdienst bestimmt ist und eine freiere Art hat, wird sie bei liturgischen Handlungen nicht zugelassen.

2. Kapitel

Allgemeine Richtlinien

11. Die vorliegende Instruktion hat für alle Riten der lateinischen Kirche Geltung. Was über den gregorianischen Gesang gesagt wird, gilt darum auch für den liturgischen Eigengesang der anderen lateinischen Riten, wenn ein solcher vorhanden ist.

Unter der Bezeichnung »Kirchenmusik« wird in dieser Instruktion manchmal »Gesang und Instrumentenspiel«, manchmal »Instrumentenspiel« allein verstanden, wie aus dem Zusammenhang leicht zu entnehmen ist.

Der Begriff »Kirche« schließlich umfaßt für gewöhnlich jeden »heiligen Ort«, d. i. eine Kirche im eigentlichen Sinn, ein öffentliches, halböffentliches oder privates Oratorium (vgl. can. 1154, 1161, 1188), außer es ist aus dem Zusammenhang ersichtlich, daß nur Kirchen im eigentlichen Sinn gemeint sind.

12. Liturgische Handlungen müssen nach den liturgischen Büchern vollzogen werden, die vom Apostolischen Stuhl ordnungsgemäß für die ganze Kirche oder für eine Einzelkirche oder eine religiöse Gemeinschaft approbiert sind (vgl. can. 1257). Fromme Übungen dagegen werden abgehalten gemäß den von der zuständigen kirchlichen Autorität gebilligten Gewohnheiten und Überlieferungen der einzelnen Orte oder Vereinigungen (vgl. can. 1259).

Liturgische Handlungen und fromme Übungen dürfen nicht miteinander verquickt werden; gegebenenfalls sollen vielmehr die frommen Übungen den liturgischen Handlungen entweder vorausgehen oder ihnen folgen.

13. a) Die Sprache bei liturgischen Handlungen ist die lateinische, außer es ist in den oben erwähnten liturgischen Büchern, seien es allgemeine oder partikuläre, für einzelne liturgische Handlungen ausdrücklich eine andere Sprache zugelassen, und unbeschadet der im folgenden aufgeführten Ausnahmen.

b) Bei liturgischen Handlungen, die mit Gesang gefeiert werden, ist es nicht erlaubt, einen liturgischen Text zu singen, der wörtlich in die Volkssprache übersetzt ist⁵, außer es liegen besondere Bewilligungen vor.

c) Vom Heiligen Stuhl gewährte partikuläre Ausnahmen von dem Gesetz, bei liturgischen Handlungen einzig die lateinische Sprache zu verwenden, be-

⁴ Litterae encyclicae *Musicae sacrae disciplina*: A. A. S. 48 (1956) 13.

⁵ Motu proprio *Tra le sollecitudini*, diei 22 Novembris 1903, n. 7: A. A. S. 36 (1903 — 1904) 334; *Decr. auth. S. R. C.* 4121.

⁴ Enzyklika *Musicae sacrae disciplina*: A. A. S. 48 (1956) 13.

⁵ Motu proprio *Tra le sollecitudini* vom 22. Nov. 1903, Nr. 7: A. A. S. 36 (1903-1904) 334; *Decr. auth. S. R. C.* 4121.

dem Sanctae Sedis auctoritate non licet eas latius interpretari vel ad alias regiones transferre.

d) In piis exercitiis quaevis lingua adhiberi potest fidelibus magis conveniens.

14. a) In Missis *in cantu* non solum a sacerdote celebrante et ministris, sed etiam a schola aut fidelibus unice lingua latina est adhibenda.

»Verum tamen, ubi saecularis vel immemorabilis consuetudo fert ut in sollemni Sacrificio Eucharistico [id est in Missis in cantu], post sacra verba liturgica latine cantata, nonnulla popularia vulgaris sermonis cantica inserantur, locorum Ordinarii di fieri sinere poterunt, »si pro locorum ac personarum adiunctis existiment eam [consuetudinem] prudenter submoveri non posse« (can. 5), firma tamen lege qua statutum est ne ipsa verba liturgica vulgari lingua canantur⁶.«

b) In Missis *lectis* sacerdos celebrans, eius minister, et fideles qui una cum sacerdote celebrante actioni liturgicae *directe* participant, id est, clara voce illas partes Missae dicunt quae ad ipsos spectant (cfr. n. 31), unice linguam latinam adhibere debent.

Si autem fideles, praeter hanc participationem liturgicam *directam*, preces quasdam vel cantus populares, secundum locorum consuetudinem, addere cupiunt, hoc fieri potest lingua quoque vernacula.

c) Partes *Proprii*, *Ordinarii* et *Canonis Missae* elata voce dicere una cum sacerdote celebrante, lingua latina vel verbotenus conversas, sive ab omnibus fidelibus sive a quodam commentatore, stricte prohibetur, exceptis iis quae n. 31 recensentur.

Optandum vero ut in dominicis et festis diebus, in Missis *lectis*, Evangelium et etiam Epistola, a quodam lectore, lingua vernacula ad utilitatem fidelium legantur.

A Consecratione insuper usque ad *Pater noster* sacrum suadet silentium.

15. In sacris processionibus, a libris liturgicis descriptis, ea adhibeatur lingua, quam iidem libri praescribunt vel admittunt; in aliis vero processionibus, quae ad modum piorum exercitiorum peraguntur, lingua fidelibus participantibus magis conveniens adhiberi potest.

halten ihre Gültigkeit; doch ist es ohne Bevollmächtigung durch den Heiligen Stuhl nicht erlaubt, sie weiter auszulegen oder auf andere Gegenden zu übertragen.

d) Bei frommen Übungen kann jede Sprache verwendet werden, die den Gläubigen besser geläufig ist.

14. a) Bei Messen mit Gesang ist nicht nur vom zelebrierenden Priester und den Ministri, sondern auch von der Schola oder den Gläubigen einzig die lateinische Sprache zu verwenden.

»Wo jedoch eine jahrhundertealte, unvordenkliche Gewohnheit es mit sich bringt, daß beim feierlichen eucharistischen Opfer (d. h. bei Messen mit Gesang) nach dem lateinischen Gesang der hl. liturgischen Texte einige Volksgesänge in der Umgangssprache eingefügt werden, können die Ortsordinarien dies geschehen lassen, wenn sie der Meinung sind, daß mit Rücksicht auf die Verhältnisse von Ort und Menschen diese (Gewohnheit) klugerweise nicht beseitigt werden kann (can. 5); die Vorschrift, daß die liturgischen Worte selbst nicht in der Volkssprache gesungen werden dürfen, bleibt jedoch in Geltung⁶.«

b) Bei stillen Messen müssen der zelebrierende Priester, sein Diener und die Gläubigen, die zusammen mit dem zelebrierenden Priester unmittelbar an der liturgischen Handlung sich beteiligen, d. h. mit lauter Stimme die ihnen zustehenden Teile der Messe (vgl. Nr. 31) sprechen, einzig die lateinische Sprache verwenden.

Wenn die Gläubigen jedoch, neben dieser unmittelbaren liturgischen Beteiligung, entsprechend der Gewohnheit der einzelnen Orte verschiedene Gebete oder Volkslieder hinzufügen wollen, kann dies auch in der Volkssprache geschehen.

c) Teile des *Propriums*, des *Ordinariums* oder des *Kanons* der Messe in lateinischer Sprache oder in wörtlicher Übersetzung zusammen mit dem zelebrierenden Priester laut zu sprechen, mag es durch alle Gläubigen oder durch einen Vorbeter geschehen, ist streng verboten; ausgenommen ist, was in Nr. 31 aufgeführt ist.

Wünschenswert ist, daß zum Nutzen der Gläubigen an Sonn- und Festtagen in stillen Messen das Evangelium und auch die Epistel durch einen Lektor in der Volkssprache vorgelesen werden.

Von der Wandlung bis zum *Pater noster* wird zudem eine heilige Stille angeraten.

15. Bei kirchlichen Prozessionen, die in den liturgischen Büchern beschrieben sind, soll jene Sprache verwendet werden, die die erwähnten Bücher vorschreiben oder zulassen; bei anderen Prozessionen dagegen, die nach Art frommer Übungen abgehalten werden, kann jene Sprache verwendet werden, die den teilnehmenden Gläubigen am besten geläufig ist.

⁶ Litterae encyclicae *Musicae sacrae disciplina*: A. A. S. 48 (1956) 16 — 17.

⁶ Enzyklika *Musicae sacrae disciplina*: A. A. S. 48 (1956) 16-17.

16. *Cantus gregorianus* est cantus sacer, Ecclesiae romanae proprius et principalis; ideoque in omnibus actionibus liturgicis non solum adhiberi potest, sed, ceteris paribus, aliis Musicae sacrae generibus est praeferendus.

Proinde:

a) Lingua cantus gregoriani, utpote cantus liturgici, est unice lingua latina.

b) Illae partes actionum liturgicarum, quae iuxta rubricas a sacerdote celebrante et ab eius ministris cantandae sunt, unice secundum modulos gregorianos, in editionibus typicis ordinatos, cantari debent, interdicto cuiusvis instrumenti comitante sono.

Schola et populus, cum sacerdoti et ministris cantantibus ex rubricarum vi respondent, itidem unice iisdem gregorianis modulis uti debent.

c) Demum, ubi per Indulta particularia permissum fuerit, ut in Missis in cantu, sacerdos celebrans, diaconus aut subdiaconus, vel lector, textibus Epistulae seu Lectionis, et Evangelii, gregorianis modulis decantatis, eosdem textus lingua quoque vernacula proclamare possint, hoc fieri debet legendo alta et clara voce, exclusa quavis cantilena gregoriana, authentica vel adsimulata (cfr. n. 96 e).

17. *Polyphonia sacra* in omnibus actionibus liturgicis adhiberi potest, hac tamen condicione, ut habeatur schola quae eam ad artis normam exsequi possit. Hoc genus Musicae sacrae actionibus liturgicis solemnioere splendore celebrandis magis convenit.

18. Item *Musica sacra moderna* in omnibus actionibus liturgicis admitti potest, si reapse respondeat dignitati, gravitati et sanctitati Liturgiae, et schola habeatur quae eam ad artis normam exsequi possit.

19. *Cantus popularis religiosus* in exercitiis piis libere adhiberi potest; in actionibus vero liturgicis stricte servantur quae superius, nn. 13-15, statuta sunt.

20. *Musica religiosa* autem ab omnibus actionibus liturgicis omnino arceatur; in piis vero exercitiis admitti potest; quoad concentus in locis sacris, servantur normae quae infra, nn. 54 et 55, traduntur.

21. Ea omnia, quae ad normam librorum liturgicorum, sive a sacerdote et eius ministris, sive a schola

16. Der gregorianische Gesang ist ein heiliger Gesang, der eigentliche und vorzüglichste Gesang der römischen Kirche; darum kann er nicht nur bei allen liturgischen Handlungen verwendet werden, er ist auch bei sonst gleichen Voraussetzungen den übrigen Arten kirchlicher Musik vorzuziehen.

a) Darum ist die Sprache des gregorianischen Gesangs als eines liturgischen Gesangs einzig die lateinische Sprache.

b) Jene Teile der liturgischen Handlungen, die nach den Rubriken vom zelebrierenden Priester und seinen Ministri zu singen sind, dürfen einzig nach den in den vorbildlichen Ausgaben angegebenen gregorianischen Melodien gesungen werden. Die Begleitung durch irgendein Instrument ist verboten.

Schola und Volk dürfen, wenn sie nach den Vorschriften der Rubriken auf den Gesang des Priesters und der Ministri antworten, ebenfalls nur die gregorianischen Melodien verwenden.

c) Wo es schließlich durch besondere Indulte gestattet ist, daß in Messen mit Gesang der zelebrierende Priester, der Diakon, der Subdiakon oder ein Lektor, nachdem sie die Texte der Epistel oder der Lesung und des Evangeliums nach den gregorianischen Melodien gesungen haben, dieselben Texte auch in der Volkssprache vortragen, muß dies durch Lesen mit lauter und klarer Stimme geschehen; jedwede gregorianische Melodie, sei es eine echte oder eine nachgebildete, ist ausgeschlossen (vgl. Nr. 96 e).

17. Die kirchliche Polyphonie kann bei allen liturgischen Handlungen verwendet werden, doch unter der Bedingung, daß ein Chor vorhanden ist, der sie nach den Regeln der Kunst ausführen kann. Diese Art kirchlicher Musik paßt besonders für liturgische Handlungen, die mit größerer Feierlichkeit vollzogen werden.

18. Auch die moderne Kirchenmusik kann bei allen liturgischen Handlungen zugelassen werden, wenn sie tatsächlich der Würde, dem Ernst und der Heiligkeit der Liturgie entspricht und ein Chor vorhanden ist, der sie nach den Regeln der Kunst ausführen kann.

19. Der religiöse Volksgesang kann bei frommen Übungen uneingeschränkt verwendet werden; bei liturgischen Handlungen dagegen ist streng einzuhalten, was oben in Nr. 13-15 bestimmt ist.

20. Die religiöse Musik jedoch soll von allen liturgischen Handlungen unbedingt ferngehalten werden; bei frommen Übungen dagegen kann sie zugelassen werden; was Konzerte an heiligen Orten betrifft, sollen die in Nr. 54 und 55 aufgestellten Richtlinien eingehalten werden.

21. Alles, was nach den Anweisungen der liturgischen Bücher, sei es vom Priester und seinen Ministri,

vel populo cantanda sunt, integre ad ipsam sacram Liturgiam pertinent. Quapropter:

a) *Districte vetatur, ordinem textus cantandi quovis modo mutare, verba alterare vel omittere, aut indecore iterare. In modulationibus quoque, ad modum polyphoniae sacrae et Musicae sacrae modernae compositis, singula textus verba clare et distincte percipi debent.*

b) *Ex eadem ratione, in quavis actione liturgica, explicite vetatur qualemcumque textum liturgicum cantandum, vel ex toto vel ex parte, omittere, nisi per rubricas aliter dispositum sit.*

c) *Si autem ob rationabilem causam, ex. gr. ob deficientem numerum cantorum, vel propter eorum non plenam artis cantandi peritiam, vel etiam quandoque, propter alicuius ritus vel cantilenae longitudinem, unus alterve textus liturgicus, qui ad scholam pertinet, cantari nequeat prout in notationibus librorum liturgicorum exhibetur, hoc unum permittitur, ut textus illi integre, aut recto tono, aut ad modum psalmodiarum cantentur, organo, si placet, comitante.*

CAPUT III

NORMAE SPECIALES

1. De praecipuis actionibus liturgicis in quibus Musica sacra adhibetur

A) DE MISSA

a) *Principia quaedam generalia circa fidelium participationem*

22. *Missa natura sua postulat, ut omnes adstantes, secundum modum sibi proprium, eidem participant.*

a) *Quae quidem participatio praeprimis interna esse debet, nimirum pia animi attentione ex cordis affectibus exercitata, qua fideles una «cum Summo Sacerdote arctissime coniunguntur . . . atque una cum Ipso et per Ipsum [Sacrificium] offerant, unaque cum Eo se devoteant».⁷*

b) *Adstantium vero participatio plenior evadit, si internae attentioni externa accedat participatio, actibus scilicet externis manifestata, uti corporis positione (genuflectendo, stando, sedendo), gestibus ritualibus, maxime vero responsionibus, precationibus et cantu.*

sei es von der Schola oder vom Volk, zu singen ist, gehört ganz zur hl. Liturgie selbst.

a) Darum ist es streng verboten, die Reihenfolge des zu singenden Textes irgendwie zu ändern, Wörter abzuändern oder auszulassen oder in unschöner Weise zu wiederholen. Auch bei Melodien, die im Stil der kirchlichen Polyphonie oder der modernen Kirchenmusik komponiert sind, muß man die einzelnen Wörter des Textes klar und deutlich vernehmen können.

b) Aus dem gleichen Grund ist es bei allen liturgischen Handlungen ausdrücklich verboten, irgendeinen liturgischen Text, der zu singen ist, ganz oder teilweise auszulassen, außer es ist durch die Rubriken anders bestimmt.

c) Wenn jedoch aus einem vernünftigen Grund – z. B. bei zu geringer Zahl der Sänger oder deren unvollkommener Beherrschung der Sangeskunst oder auch einmal wegen der Länge eines Ritus oder eines Gesangsstückes – der eine oder andere liturgische Text, der auf die Schola trifft, nicht nach den in den liturgischen Büchern angegebenen Melodien gesungen werden kann, wird einzig und allein erlaubt, diese Texte unverkürzt entweder auf einem Ton oder im Psalmton zu singen, wenn man will, unter Begleitung der Orgel.

3. Kapitel

Besondere Richtlinien

1. Die hauptsächlichsten liturgischen Handlungen, bei denen kirchliche Musik verwendet wird

A) Die Messe

a) *Einige allgemeine Grundregeln über die Beteiligung der Gläubigen*

22. *Die Messe erfordert ihrer Natur nach, daß alle Anwesenden in der ihnen entsprechenden Weise sich an ihr beteiligen.*

a) *Diese Beteiligung muß in erster Linie innerlich sein, d. h. in frommer Aufmerksamkeit des Geistes und Erhebungen des Herzens sich betätigen, indem die Gläubigen „sich aufs innigste mit dem höchsten Priester verbinden . . . und zusammen mit ihm und durch ihn (das Opfer) darbringen und gemeinsam mit ihm sich Gott weihen“⁷.*

b) *Die Teilnahme der Anwesenden wird vollkommener, wenn zur inneren Anteilnahme auch äußeres Mittun hinzutritt, das sich in äußeren Akten kundgibt, wie durch die Körperhaltung (durch Knien, Stehen, Sitzen), durch rituelle Handlungen und vor allem durch Antworten, Gebete und Gesang.*

⁷ Litterae encyclicae *Mediator Dei*, diei 20 Novembris 1947: A. A. S. 39 (1947) 552.

⁷ Enzyklika *Mediator Dei* vom 20. Nov. 1947: A. A. S. 39 (1947) 552.

De hac participatione Summus Pontifex Pius XII, in Litteris encyclicis de sacra Liturgia *Mediator Dei*, generaliori modo haec collaudando habet:

«Ii laudibus exornandi sunt, qui efficere contendunt, ut Liturgia externo etiam modo actio sacra fiat, quam reapse adstantes omnes communicent. Id quidem non una ratione contingere potest; cum nimirum universus populus, ex sacrorum rituum normis, vel sacerdotis verbis recto servato ordine respondet, vel cantus edit, qui cum variis Sacrificii partibus congruant, vel utrumque facit, vel denique cum in Sacris solemnibus alternas Iesu Christi administri precibus dat voces unaque simul liturgica cantica concinit».⁸

Harmonicam hanc participationem pontificia intendunt documenta, cum de «participatione actuosa» agunt,⁹ cuius praecipuum exemplar habetur in sacerdote celebrante eiusque ministris, qui, debita pietate interna atque rubricarum et caerimoniarum exacta observantia, altari deserviunt.

c) Perfecta demum participatio actuosa obtinetur, quando *sacramentalis* quoque participatio accedit, per quam scilicet «fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiae perceptione communicant, quo ad eos sanctissimi huius Sacrificii fructus uberius proveniat».¹⁰

d) Cum vero conscia et actuosa fidelium participatio absque eorum sufficienti institutione obtineri non possit, in memoriam revocare iuvat sapientem illam a Tridentinis Patribus conditam legem, qua praescribitur: «Mandat sancta Synodus pastoribus et singulis animarum curam gerentibus, ut frequenter inter Missarum celebrationem [id est in homilia post Evangelium, seu «cum catechesis plebi christianae traditur»], vel per se vel per alios, ex his quae in Missa leguntur, aliquid exponant, atque inter cetera sanctissimi huius Sacrificii mysterium aliquod declarant, diebus praesertim dominicis et festis».¹¹

23. Varios autem modos, quibus fideles sacrosancto Missae Sacrificio actuose participare possunt, ita oportet moderari, ut periculum cuiusvis abusum amoveatur, et praecipuus eiusdem participationis finis obtineatur, plenior scilicet Dei cultus et fidelium aedificatio.

Über diese Beteiligung hat Papst Pius XII. in seiner Enzyklika *Mediator Dei* über die hl. Liturgia in etwas allgemeinerer Form die folgenden anerkennenden Worte:

„Jene sind zu loben, die sich darum bemühen, daß die Liturgia auch äußerlich eine heilige Handlung wird, an der alle Anwesenden sich wirklich beteiligen. Dies kann auf verschiedene Weise geschehen, indem nämlich das ganze Volk nach den für die hl. Riten geltenden Normen entweder auf die Worte des Priesters in der rechten Ordnung antwortet oder Lieder singt, die den verschiedenen Teilen des Opfers entsprechen, oder beides verbindet, oder schließlich indem es beim feierlichen Opfer auf die Gebete des Stellvertreters Jesu Christi antwortet und zugleich die liturgischen Gesänge ausführt».⁸“

Diese harmonische Beteiligung haben die päpstlichen Dokumente im Sinne, wenn sie von der „aktiven Teilnahme“ sprechen⁹. Ihr schönstes Vorbild sind der zelebrierende Priester und seine Ministri, wenn sie mit der gebührenden inneren Frömmigkeit und unter genauer Beobachtung der Rubriken und Zeremonien dem Altare dienen.

c) Eine vollkommene aktive Mitfeier wird schließlich erreicht, wenn auch die sakramentale Teilnahme dazu kommt, wenn nämlich „die anwesenden Gläubigen nicht nur mit geistigem Verlangen, sondern auch durch den sakramentalen Empfang der Eucharistie sich beteiligen, damit die Frucht dieses hochheiligen Opfers in reicherem Maße ihnen zuteil wird“¹⁰.

d) Da jedoch eine bewußte, aktive Beteiligung der Gläubigen nicht erreicht werden kann ohne deren hinreichende Belehrung, ist es gut, die weise, von den Vätern in Trient erlassene Vorschrift ins Gedächtnis zu rufen, die bestimmt: „Die hl. Synode gebietet den Hirten und allen, die Seelsorge üben, daß sie häufig während der Feier der Messe (d. h. in der Homilie nach dem Evangelium oder bei der Christenlehre) entweder selbst oder durch andere etwas erklären von dem, was in der Messe gelesen wird, und daß sie neben anderem irgendein Geheimnis dieses hochheiligen Opfers erläutern, besonders an den Sonntag und Festtagen“¹¹.

23. Die verschiedenen Arten, wie die Gläubigen am hochheiligen Opfer der Messe sich aktiv beteiligen können, sind so zu handhaben, daß die Gefahr irgendeines Mißbrauchs vermieden und das erste Ziel dieser Beteiligung erreicht wird, die vollkommenere Verherrlichung Gottes und die Erbauung der Gläubigen.

⁸ A. A. S. 39 (1947) 560.

⁹ Litterae encyclicae *Mediator Dei*: A. A. S. 39 (1947) 530-537.

¹⁰ S. Conc. Trid. Sess. 22, cap. 6 Cfr. etiam Litteras encyclicas *Mediator Dei* (A. A. S. 39 [1947] 565): »Valde opportunum est, quod ceteroquin Liturgia statuit, populum ad sacram accedere Synaxim, postquam sacerdos divinam Dapem ex ara libaverit«.

¹¹ S. Conc. Trid. Sess. 22, cap. 8; Litterae encyclicae *Musicae sacrae disciplina*: A. A. S. 48 (1956) 17.

⁸ A. A. S. 39 (1947) 560.

⁹ Enzyklika *Mediator Dei*: A. A. S. 39 (1947) 530-537.

¹⁰ Conc. Tridentinum, Sess. 22, Kap. 6. Vgl. auch Enzyklika *Mediator Dei* (A. A. S. 39 [1947] 565): Sehr angebracht ist es, was übrigens die Liturgia will, daß das Volk zur hl. Kommunion hinzutritt, nachdem der Priester die göttliche Speise am Altar genommen hat.

¹¹ Conc. Tridentinum, Sess. 22, Kap. 8; Enzyklika *Musicae sacrae disciplina*: A. A. S. 48 (1956) 17.

b) *De fidelium participatione in Missa in cantu*

24. Forma nobilior eucharisticae celebrationis habetur in *Missa solemni* in qua caerimoniarum, ministrorum, atque Musicae sacrae cumulata solemnitas, divinorum mysteriorum magnificentiam patefacit, et adstantium mentes ad piam eorum mysteriorum contemplationem conducit. Adnitendum proinde, ut fideles hanc celebrationis formam, ea qua par est aestimatione prosequantur, congrue eidem participando, prouti infra exponitur.

25. In Missa itaque solemni, actiosa fidelium participatio tribus gradibus perfici potest:

a) Primus gradus habetur, cum omnes fideles *responsa liturgica* cantando reddunt: *Amen; Et cum spiritu tuo; Gloria tibi, Domine; Habemus ad Dominum; Dignum et iustum est; Sed libera nos a malo; Deo gratias.* Omni cura adlaborandum est, ut fideles omnes, ubique terrarum, haec responsa liturgica in cantu reddere valeant.

b) Secundus gradus habetur, cum omnes fideles partes quoque ex *Ordinario Missae* decantant, scilicet: *Kyrie, eleison; Gloria in excelsis Deo; Credo; Sanctus-Benedictus; Agnus Dei.* Adnitendum sane, ut fideles easdem partes ex *Ordinario Missae*, simplicioribus praesertim gregorianis modulis, decantare sciant. Si omnes vero partes cantari nequeant, nihil prohibet quominus faciliores, uti *Kyrie, eleison; Sanctus-Benedictus; Agnus Dei*, seligantur a fidelibus omnibus decantandae, *Gloria in excelsis Deo* vero et *Credo* a «schola cantorum».

Ceterum curandum est, ut ubicumque terrarum sequentes faciliores gregoriani moduli a fidelibus adiscantur: *Kyrie eleison; Sanctus-Benedictus*, et *Agnus Dei* iuxta num. XVI *Gradualis romani; Gloria in excelsis Deo* una cum *Ite, missa est - Deo gratias*, iuxta num. XV; *Credo* autem iuxta num. I vel III. Hac sane via illud maxime optabile obtineri potest, ut Christifideles, ubicumque terrarum, communem Fidem in actuosa participatione sacrosancto Missae Sacrificio, communi quoque laetoque concentu manifestare valeant.¹²

c) Tertius denique gradus habetur, si omnes adstantes ita sint in cantu gregoriano exercitati, ut partes quoque ex *Proprio Missae* cantare valeant. Quae quidem plena in cantu participatio urgenda est praesertim in communitatibus religiosis et in seminariis.

b) Die Beteiligung der Gläubigen in Messen mit Gesang

